¶ Oratio de Poeticę Et Musarum Triumpho : Romę in Die Sancti Lucę in Templo Diui Eustachii Habita per Siculum.

❡ IVLIVS SIMON SICVLVS LIBRVM AMMONET, VT CARDINALEM IACOBATIVM ADEAT.



Ade memor nr̃i:&nostrũ uenerare tonãtẽ,
  Quẽ merito sanctũ purpura sácta tegit:
Gaudebitq; tonans; nasutaq; ꝑtinus aula
  Inquiet, unde malus spiritus iste uenit.
Te cruce si pellit, cruce pelle, audentior ito
  Si tria signa facit: tu tria signa face.
Cum sub ueste tibi mediũ mõstra uerit unguem.
  Tu supra: ut nõscat te didicisse dolos
Si irridet, ride, site aspicit, inspice sed si
  Cernere noluerit, despice belle liber:
Te deus ille meus uoluit quẽ maxima uirtus
  Coccineum sacro uertice ferre iubar:
Aspiciet propius: lętusq; tuebitur unum.
  Et ualido hostiles atteret ore manus.
Proteget Andreas te mitis episcopus: atq;
  Pro iaculo:&parma:fulmen:et ægis erit.
Auxilium nõ ferre queo:tũc ferre ualebo
  Et potero gentes tum domitare feras.
Quũ triplici lætã cinget diademate frõtem
  Et duo sacrata quũ geret arma manu.
Petre senex succurre seni:succurrere debes:
  Vel qa tã sanctus:uel qa petre senex.

Clauigerũ esse sinas: dominũq; deũq; potentẽ.
Da tua diue senex: ne cadat arma seni.
Lux est ille patrũ: sacri est et magna senatus
Gloria: magnus enim est orbis: et urbis honos
Fac tu a petre illum uideam prius arma gerentem
Quam mea me miserum, quę mala, fata ferãt.
Hæc pater ille tonans quę nunc p̃cor arma recusat
Vt uelit ille, roga, tu quoq; belle liber
Vtq; etiam Siculum quem dicunt esse poetam
Egregium rogita cernat: ametq; suum.

Vale

¶ Iulius Simon Siculus Alberto Episcopo Vilnensi
Serenissimi regis Poloniæ oratori
Clarissimo : S.P.D.

CArdinalis ille noster Iacobatius literatorum
oīū p̄sidiū:et dulce decus:nūq̄ sine aliqua le
ctione prādet & cœnat. ut nō minus aīo q̄
uentre delectet Alberte Vilneñ Pontifex admitit &
uiros singulari ingenio p̄ditos : & dotrina nequāq̄-
ex trita:& plebia: q animū paululū demulcēt:atq; la
xant iucundis:atq; honestis sermonū illectationibus
p̄ponit enigmata:& griphos.soluunt illi si possunt-
sūt & sua soluentibus p̄mia-o-quotiens nos dissolui-
mus:& præmia habuimns : Conuiuę mentionē fa-
ciūt Regū xp̄ianorum. Cardinalis(sicut eiusmos est`d
īuictissimo rege Poloniæ modestissime loq̄tur:et sen
tit loquūť & de oratoribus illorū at cardinalis:& ep̄us
Lucerinus d oratoř Regis Poloniæ Alberto:hoc ē de
te:& quidē honorificētissime:mecum itē de tuis liter
ris:& uita diuine loquūtur narrantq; libenter mihi li
benter:a tenteq; audienti uirtutes quibus circūsep-
tus ab oībus uenerańs prudentiā:temperantiā:iusti
tiam:fortitudinē:pietatē:fidem:religionē:modestiam:
continentiam:constantiam :grauitatem : magnificen
tiā.honestatem:sapientiam :humanitatem : bonitatē
innocētiā:magnanimitatem : sanctitatē : prouiden-
tiā:& liberalitatem: Q ua nulla regibus regūq; orato
ribus uirtus dulcior esse potest quę octauium princi-

pẽ ad cœlum euexit:Non iustitiã aristidę/quẽ iustum olim cognominatũ ferunt qui tuam uiderit imposte rũ admirabitur nõ lęlii sapiẽtiã : qui tnã inspexerit. Non grauitatẽ Catonis:qui tuam nouerit.nõ Traiani sanctitatẽ: Qui optimus cognominatus est:non Numę religionem:qui tuã pspexerit nõ Lycurgi fortitudinẽ: Qui tuã obseruauerit.ñ Marcelli mãsuetudinẽ Qui tuam acceperit.non fidem Agesilai:q tuam intellexerit/uel expertus fuerit/tuãq3 uitã immortalitati consecrãda excusserit.merito te:Tuosq3 predicat:extollit in suis oibus diuinis operibus. quę quidẽ multa sunt & lectu digna &scitu.sed maxime ineo libro:qui clauis argẽtea iscribitur admirat Cyprianus Benetus Aragoneñ.insignis sane uir:&doctrina.& sancti tate Celestisq3 doctrine pdicaror egregius.qui splendore scriptorum: Qui plurima edidit:&pulcherrima.scriptis aliorun tenebras infudit:ac ob ingenii pstantiam Multiplicẽq3 doctrinarum oium cognitionẽ. ita omniũ aios i sui admirationem solus conuertit ut doctrinarun oium fastigiũ : Solus eruditorũiudicio teneat ob idipm carus regibus:Carus illorum oratoribus: Carus pontificibus maximis Iulio secundo & Leoni. X.uerum diis meis cardinali Iacobatio:&episcopo Lucerino carissimus est ego uero (quę meę partes sũt)Cyprianũ pnus adoro.Tot hæc tua precomia:& præcelsi animi tui uirtutes. Que inmensa celebrantur:ego qui etiam adsum : non conuiua : nõ pincerna.sed ἀναγνώστης ἀναγινώσκω γνωρίμοις quum prandet:

Laus cypriãi beneti theologi clarissimi

aut cœnat sitientibus auribus haurio ac bibo: totusq; recreor. & accendor: accensusq; cogito inter legendū: quo nam pacto inclientelam me tibi dare possim: ac non sine munere salutare parthorum erga te legem obseruans quę fuit (ut scribit seneca) ut nemo eorū regem posset sine munere salutare. Factus ubi lectio ni:& epulis modus, mea mihi affertur oratio de poeti cæ: & musarum triumpho: quę auspiciis Cardinalis Iacobacii: cui dicata est. Publicū indisp icitur a me(m I rum dictu) nuper composita: nuper ad populū poe tice: & musarum studiosum habita: nuper Typis con firmata: tantopere eflagitatur: & amatur a studiosis Quam de cœlo (ut uidi) ob id ipsum cecidisse cre diderim: ut tibi poeticę: & musarum alumno dulcissi mo donarem. Quippe cuius in ore musę sessitauere ut i Platonis labiis apes: i Periclis suadela: i Stesicho ri luscinia: certe quicquid loqueris: qcquid prorsa: uel uorsa componis orationem: a melle: a nectare: musis ab ipsis scaturit. Quę res magnanimum polonię re gem tam arcto tibi amoris uinculo cōciliauit. Vt sua rum apud summum Pontificem Leonem decimum rerum curam: & patrocinium: tibi soli commiserit. Vt igitur nugas omittam: & libere (quod sentio) di cam. Salutatum uenio tuum numen augustum: ap porteq; tibi munusculum chartaceum. i. orationem: cui sanctis precibus pgressus faustos cōcipias uelim. Suscipe igitur hilari fronte humanissime Pōtifex. Ad didit se illisceciam mea etiam epistola tuo sacro nomi

Lex Parthorum

Plato Pericles Stesichorus

ni destinata. Quam ideo formis cudendam curaui Vt sit summi pignus amoris erga te mei: ac te postremo suppliciter apprecetur: ut siquis apud te locus uacat. Me quoq; numeres inter tui studiosos: Si quidē me tibi deditissimum profiteor: et quidem ex animo boni consule munusculum istiusmodi qualeideumq; sit: ac puta non tuę quidem magnitudini satisfactum: sed mea ab imbecillitate iddemum: q̄ eualui munifi centissime oblatum. q̄ nec uitio uerti debet, nec potest, q̄ndo salsa mola litare creduntur, quibus thura defuerint. Vt boni igitur consulas: etiam atq; etia rogo: scias uelim meam omnem operam: industriam studium: quicquid est in me uel ingenii: uel uirium: & tibi: & tui studiosis esse paratissimum. Vale. Romę quinto idus Iannarii. M. D. XVIII.

¶ Iulius Simon Siculus Reuerñ. I Xpo patri dño! Dño Dñico Iacobatio. tt. S. Bartholomei In insula: sanctę Romanę Ecclesię psb̃ro cardinali: pio: ppetuo dño. S. P. D.



S Tuę Vitę splendor est: eacq uirtutis inter mortales omnibus absolutę numeris cele-britas Dominice Iacobatie pontifex: christia nęcq fidei immobilis cardo: ut doctissimus: ut quisq est: ita in primis se tuę amicitię insinuare approperet: Ducitur. n. a uirtute beneuolentia: & fouetur: Inde Coorta gratia nũq̃ senescit. nũq̃ arescit. Q uippe quę a uirenti pmanauerit initio. Q uod menti suũ tribuit nitorem: & lętitiam nõ mediocrẽ parat: quo factũ est: ut ipse quocq idem decus mihi petẽdũ esse censuerim: mecq tibi celeriter t obsequendi gratia insinuauerim: Virtus quę te omnibus admirandũ prestat: & amabi lẽ me tibi conciliauit. Inenarrabilis tuorum morum integritas: me in consuetudinẽ Iacobatiorũ deorum: quos pura mente colo: quam meus pudor mihi clau-serat: isinuauit. Q ua ego blãdissime allectus tibi me: non quidem amicum exhibui: (necq. n. tua hoc passa est amplitudo sed clientulũ plane & hunc quocq hu milem: qui cum in his saturnalibus. Q uos mittã ti-bi Cœreos non habeã: qui iubente publicio tribuno plebis a clientibus (ut scis) Ditioribus missitantur: p cœreis mitto tibi: ac etiã dedico orationem de poeticę

& musarum triumpho. p. xeniis tibi mitto. tibi dono. tibi consecro summo ingenio: summa doctrina: summa auctoritate prædito tantarum deaꝝ triumphum & munus hoc chartaceum: neqꝫ. n. quicq̄ aliud te dignius me donare posse puto. Quippe q amussis nutritus: in musis uersatus: de musis benemeritus prædicaris. q si hæc que mitto Chartacea, magna Xenia esse putabis: quia quo animo fecerim: ppedis, uolesqꝫ apophereta remittere: non equidem spernam ea, expectabo, nec me expectare pigebit absit ut spernā munera quæ remittuntur a te principe magnanimo quem nō fatigat liberalitas nisi quando cessauit qui nullū unq̄ diem ab adolescentia tua nisi adorato dei numine: & reus uoti: & illico absolutus lautis māibus egisti: mēte pura: cogitatione sincera: & inmaculabili conscientia: que te inter presentes diuos retulit: clarāqꝫ addignitatem istā euexit. Quā tu uirtutum omniū agmine septus ita illustras: ut omnes plus dignitati atc q̄ tibi a dignitate splendoris esse: & admirationis affirment adiectum. Quę res tam arcto amoris uinculo reges tibi conciliat: ut suarum rerum curam: patrociniūmqꝫ apud summū Pontificem tibi committant: eorumqꝫ legati salutatum ueniant quotidie: assurgantqꝫ tibi honorificentissime quibus omnibus ingenio: doctrina: eloquentia: pbitate: & grauitate antecellit Albertus episcopus uilnensis orator sigismundi excellentissimi Regis Polonie multis nimirū uirtutibus Albertus abundat: iccirco tuas amat: & ueneratur. Cui ob egre

gias animi dotes tantus rex ſc. ſuūq; regnū audet cre dere. Quod iam ſua admirabili ſapientia ille Albertus a furum turcharum inſidiis tutum:ſecurūq; præſtat Et quaſi chriſtianę fidei ꝓpugnaculum nō paruū efficit:Sapientiſſime pontifex Iacobatie. Cuius operto conclauis non ſanctior Arauestalis non magni ſacerdotis Cubile caſtius:nec puluinar flaminis tā pudicum:merito Cato.i.uiua uirtutis appellaris imago. Quare omnes attoniti iam ſibi ſubinde illud inſurſurrant. οὗτος ἐστὶν ὁ δεινὸς ἐκεῖνος καὶ παντόσοφος Adeo magnus inſitus eſt tibi amor benefaciendi : ut te diem perdidiſſe queraris:quo nihil boni feceris : ac etiam exclames : ἀνθρωπον εἶναι ἀνθρώπου δαιμόνιον Pates itaq; omnibus, uel ſortis hōminibus extremę hilaris certe : ſed tā hilarior quum te quiſpiam adit. Tua uſurtis munificentia. Quem a te nunq̄ triſtem diſcedere pateris. Abſit ut me tibi ſublandiri ſuſpiceris nō.n.apud te:qui es pſpicacis ingenii immo diuini ſupeſt mēdacio locuſ prudētiſſime pontifex qui ſingulari prędıtus ſapientia ſic uitā attēperas.ut nūq̄ facias pœnitēda : utq; bona quę præſtas: Caduca non ſint queq; mala adimis recidiua eſſe non poſſint. Quo fit ut habeas amicos obnoxios:ꝓmptos: deuotos: fideles in æuū omne manſuros. Quales caritas (ut inquit ille)potius q̄ fortuna conciliat. Iam tuo te modulo metiris : & pede:obſeruans græcanicum illud χρὴ δὲ καὶ ἑαυτὸν ἀεὶ παντὸς ὁρᾶν μέτρον Illud item μηδὲν ἄγαν non mirum quia teipſum nouiſti : il-

Laus Alberti oratoris regis poloniæ

ludq; celebre dictum: q ceteris esse obseruandum persuades. γνῶθι σεαυτὸν εἰκότως Inclamasi καὶ σοφῶς quum aliquem ex familiaribus intueris seipso maiora: uel etiam indigna sequentem: γνῶθι σεαυτον τὸ γνῶθι σαυτον πάντα χοῦσι χρήσιμον O mentis aureæ dictum bracteatum. O de pectore candidissimo lactei sermonis alimoniam. Hec alimonia nõ minus frugi fera est: q̃ iucunda pater amplissime: qui tũ loco: tum moribus ipsi naturę principi ꝓpior factus es. duce (quod aiunt) uirtute: comite autem non fortuna: quę ꝓphanis modo utranq; paginam facit: sed illa ipsa luce sacerdotali. Qua uibratius sanctorũ mẽtes fulgurant. dum eorum labia scientiã custodiunt. & in supercilio montium extitatam ciuitatẽ sciunt latere non posse. In mensa etiam te diuinum esse ostendis. Quia non audis festiuum acroma: sed sanctorũ patrum decreta: diui Ambrosii placita bone Deus: nemo in tuo cõuiuio aliud acroma audit: q̃ anagnosten neq; unq̃ sine aliqua lectione apud te cęnat. Vt nõ minus animo: q̃ uentrę conuiuę delectẽtur. In cibis bone Deus cuius sacerdotis abstinentior cerimonia? In uino cuius senis mensa frugalior? Quare ego (ut dicam q sentio) te deum quendam interris esse humana carne circũ uestitum crediderim: & tuum quoq; fratrem Andream. uirum undecũq; eruditissimũ. quẽ tuo numine afflatum: & factum episcopũ Lucerinũ & Romani gymnasii rectorem omnes adorãt. Veneramur & nos etiam tuos candidissimos nepotes chri

Andrea s Iacobatius fr̄ cardinalis Iaco.

ftophorum: Antoniū: & Iacobum: omnes sane egregię spei: & quasi quosdā solis radios clarissimos: & ut taceam Iacobum: & Antoniū pueros: quibus est amęnum ingenium: incredibilis memoria: uocis iucunditas: claritasq;: oris suauitas ut in utracūq; lingua: tāq̃ ad eam demum nati sint: expressa ꝓprietas omnium literarum. Quid ipso Christophoro iuuene politius? doctiusq;? Controuersias plures ꝓponit: electionem auditoribus ꝑmittit. quum īcipit. Statim omnia: ac pene pariter ad manum: sensus recōditi: occursant uerba: sed qualia: quę sita & exculta. ꝓœmiatur apte: narrat aperte. pugnat acriter colligit fortiter. ornat excelse: postremo docet: delectat: afficit. mira in sermone mira in ore ipso. uultuq; suauitas: ad hoc ingeniū excelsum: subtile: dulce. facile: eruditū. ita loquitur latine. ut musas ipsas latine (quum illum audio) Loqui putem. [Greek] amas. & honoribus auges. Et ut eo unde digressa est reuocetur oratio Iacobatie pontifex orationē de poeticę: & musarū triūpho tibi mitto: tibi dedico. pacato excipe uultu. tibi offero: & q̄ facit ille. Apud senecā ipsum me tibi uelim oblatū. ētatēq; etiā appreceās. Vt munus huiusmōi quale idcūq; sit boni cōsulas: putesq; cęteros: ēt si āplissima cōtribuāt: plura tñ multo sibi relinq̄re. qui ipsum se tradit: reliq̄ sibi facit nihil. q̄ si hęc orō nup Typis cōformata tibi uni decūq; sciētissimo approbabit: ne uidear pte aliq̄ sub sultare: aut [Greek] sublimi feriā sydera uertice. Vale Romę. Octauo idus Ianuarii. M. D. XVIII.

Laudes christophori: & Antonii & Iacobi nepotū Cardinalis Iacobatii

¶ Iulius Simon Siculus Reuerendo in Xp̄o patri dn̄o Andreę Iacobatio episcopo Lucerino: & Romani gymnasii rectori di gnissimo .S. P. D.

HOmines musarum sacris initiati q̄ plurimi quotidiano conuicio efflagitabant Andrea Iacobatie reuerende antistes. Vt orationem quam habui de poeticę: & musarum triumpho: in aptum referrem. Est .n. talis aiebāt ut i arce poni possit quasi minerua illa phidię: sed non ego credulus illis: qui mecum habito: & nosco q̄ sit mihi curta supellex. Nefas erat illis quicq̄ negare & quia tantopere efflagitabatur: p̄misi uela uentis & oram sol uenti sum bene precatus. Coactus itaq; illam formis imprimendā tradidi. q̄q̄ sciebam (quod p̄ nihilependo) rumusculos exorturos siculum laureolam in mustacco querere: a quo tantum abest consilium meū: ut potius cogitem (ut inquit ille) ne meridie luceat. Lucerine pontifex nobilium sciētissime: & scientū nobilissime qui sic Christianę ueritatis assertorem te ubiq; prestas: ut uitę innocentissimę cura: & religionis reuerentia: uel religiosissimis esse quoq; integritatis exēplar singulare uideri possis. Quā uno epistolio dicaui fratri tuo dulcissimo dominico Iacobatio presbytero Cardinali. Ex cuius amplitudinis maestate sacrosācto Cardinalium coetui: non parua accedit auctoritas. q̄ ideo feci ut tibi cui placere studeo: graficarer. Esset q; meę

erga illum monimentum obseruantię: ac animi mei ardorem in noīs tuę gentis ꝓpagationem cognosceret: suiq; fratris laudes: quo nihil carius: ac gratius est hominū generi, ut ēt tāq̄ deo quodā ꝑside cōmunita aduersus oēm uirū, ētię reflatū ꝑlētia eius gestiat sibiq; in eo placeat isignitius qn̄ uti a uiris fidei plēis traditū nouimus: nihil in rebus hūanis excellentioris Cardinalis Iacobatii & patroni fide presenti excogitari gratiusqueat q̄ unus ē ĭter doctos pr̄es nobilissimus: ĭter nobiles doctissimus: ĭ ter utrosq; optimus: & (ut illud adiiciā) inter oēs modestissimus. Vt.n. antiquā generis claritatem eruditione: eruditionem miro uitę cādore decorauit sic his omnibus omniū pulcherimū apicem addidit admirabilem scilicet animi modestiā. Ascribitur itē illi non paruę laudi: immo absolutę placuisse Leoni decimo Pontifici Maximo non eorū modo: quos nostra uidit aetas sed eorum etiam quos ueterum annales referunt: Cordatissimo: (queq; etiam precipua pontificum uirtus) in deligendis quos diligat diligentissimo Andrea Iacobatie Lucerine Pontifex. Qui quia multiplici sapientia pręcellis. & canonum quoq; decretis cumulatissime imbutus es. Non me solum: qui sum σκιᾶς ὄναρ (Vt ille ait) Sed etiam in rebus humanis eminentissimū quēq;. Sic in tui nominis amorem & uenerationem dulcissime plicis: ut nihil eque sibi gratum opinent: q̄ tua perfrui familiaritate: atq; tuę sapientię aquis affluentissimis rigari. Agnosce coelestem animi tui foecunditē excogita

Laus cardinalis Iacobatii

laus leoni decimi

tasti etiam rationem aliam: qua potentius tibi homi-
nes conciliare non desinis. Mira effulget inte clemen
tia: mira liberalitas mirum impertiēdi omnibus: que
adsunt tibi studium: nec supellectili quidem libro-
rum preciosissimę parcendo (quę sane rara auis est)
expertus loquor. Libellum. n. pulcherrimū mihi do-
no dedisti. Qui est semper mecum: libenter equidē
perlego: perlegenti tua luculenta occurrit oratio: quā
mihi rogatus mostrauisti: qua totus recreor. quę q̄dē
lata. magnifica: & excelsa tonat: fulgurat plena. similis
niuibus hybernis. Crebra: & assidua: larga: diuina: coe
lestis. demū talis est qualem uult doctissimus quisq;.
Bone deus qui tenor uocis: quum incitata ꝓnuncias.
quę inflexio: quum remissa? quę temperatio quum
utraq; dispensas? quis oratorum lęta iucundius? facū
dia cultius? pugnantia densius? densata glomeratius
aut dixit: aut q̄ est liberum cogitauit? spectrum ani-
mi & blandissime orationis tuę iam īfixum altius hæ
sit illud homericū de nestore ingerens assidue. τοῦ
δ' ἀπὸ γλώσσης μέλιτος γλυκίων ῥέεν αὐδή acce
dit ad hoc doctrina singularis: lectio incredibilis
ingenium sub actissimum: exercitatio immensa: grecę
proprietatis: & hebraicę: æque ac patrię peritia sūme
admiranda: & qua expleri nequit animus: ardescitq;
tuendo: et spicax in pensitandis rebus omnibus pru
dētia. Ennius tria corda. sese habere dicebat q̄ loqui
grecę: & oscę: & latine sciret. Te uero docti pariter: &
indocti quia experiuntur tria quoq; habere corda pre

dicāt ꝙ scis loqui hebraice.& græce.& latine. ligua & oratione hebræorũ:& græcorũ:& latinorum nō minus scite:q̄ si gentilis eorum esses:loqueris. Marcellus clodius uir sane politioris literaturæ:& acrioris iudicii monstrauit mihi librũ cui titulus est κλεώνικος quē tu olim composueras:& Leoni decimo dicaueras. Libenter legi:multa hercle didici p illum. Inducis enim loquentes laicum.& clericũ de moribus:ac rebus aliis scitu dignis acute:prudenter disputantes quarum oratio latina ab omni uitio remota:elegans:& explanatione dilucida:sine longa uerborũ continuatiōe: quæ auditorem dum ꝑfectam expectat sententiã:lædit:& orãtem ꝙ maximũ est uitium in media ꝓnuntiatione destituit. Adsunt acutæ:crebræq́ sententiæ.ꝓinde neminē te patientem:uel potius durum: ac pene crudelem qui tam insignem librum tam diu teneas? quousq́ & tibi:& nobis inuidebis? tibi:maximã laudem: nobis: hoc est studiosis omnibus:utilitatem:& uoluptatem. Sine per ora hominũ feratur magna etiam longaq́ expectatio est:quam frustrari : & differre non debes. habe ante oculos mortalitatē.a qua te asserere potes hoc uno monimento. Nam cætera fragilia:& caduca: non minus q̄ ipsi homines occidunt:desinũtq́. Imaginor.n.qui concursus:quæ admiratio te: qui clamor ꝙ etiam silētium maneat. Desine ergo tua studia ista cunctatione fraudare:quæ cum modũ excedit uerendũ est (Inquit plinius) ne inertiæ:& desidiæ:uel etiã timiditatis nomen accipiat. Vt librum igitur quo de agit

Marcellus clodius κλεώνικος

C

publices: etiam atq; etiam rogo. Hoc si facies summi uiri. ac etiam mediocres hac quam sustines psona dignum opinabunt: preclarum quidē hoc est & fratris tui Dominici Cardinalis nō absonum uirtutibus honorum serie constipatis: non absonū uniuersę domus Iacobatiorum amplitudini. Verum prefari desino: lōgius me prouexit dulcedo quedam tecum loquendi. Sed iā finē faciam: ne modum: quem etiam orationi adhibendum censeo: in epistola excedam: cum illud ammonuero q̄: me ideo ad te literas dedisse ut ex his intelligeres me tui amoris ergo orationē tuo frī dicauisse: utq; me illi (quod te spero facturum) cōmendares. Quod superest: uiuas opto diu felix. & siculū tuū ames. Vale. Romę. Septimo idus Ianuarii. M.D.XVIII.

10

Iulii Simonis Siculi Oratio de Poeticę. & musarum triumpho: ad religiosissimos Romanarum literarum Censores.

BEne: & sapienter a te constitutum: decretūq; fuit: pater amplissime Andrea Iacobatie: romanæ academię rector meritissime: ac adamātinū columen: Christianarūq; musarū nō hercle ignobilis sacerdos. In cuius sacratissimi pectoris penetralibus: insita: ꝑuectaq; uirtutum omniū plenitudo spirat: atq; lucescit. Vt publici professores concionandi munus suscipientes quot annis frequentē sic multitudinem ad liberalium disciplinarū studia cohortarētur. Vt. n. diuturna intermissione: & æstiuis feriis: ueluti situ inducitur rubigo: ita congruis tēporibus aliquo inuitamento: tamq̄ pręludio eiicitur secordia: & quantū clamore iuuat sonipes elęus: tantū sane tum ad lr̄as: tum ad queuis negocia: animi iuuenū generosi eriguntur. Sed cum nonnulli antehac huiusmodi exhortādi ꝓuinciā egerint perspicacissime. Extemplo grandius aliquid sperādum sese obtulit: ac sublimius refulsit sub diui Leonis decimi Pontificis optimi maximi auspicatu. uel quid nō potes sub tanto principis numine polliceri rector humanissime? qui nec labori nec tpi parcis: ut nostræ utilitati: atq; ornamento subuenias. Merito illud dici solet ἄνθρωπος ἀνθρώπου δαιμόνιον qui mihi (ut scis) hoc anno orādi molem: &

prouinciam iniunx isti:qua post autumni ferias: iuuenum cœtum ad literariam ineuntis anni exercitationem:ueluti classico quędā reuocarē.q̧ libentissime et feci hoc proximo triennio. quum de inuentione artiū liberaliū:ex hoc uobis loco attente audientibus copiose disserui adolescentes ingenui. Sed ne latius hic spacietur sermo:de pœtica:& musis dicemus. Cū nihil gratius lr̄atis facere possimus q̄ de poetica:& musis:que sunt numina literatorū:in tāto cœtu bene loqui:uerū

ppositio

promissa nostra prescribamus. Vt quantum ingenii nostri imbecillitas ferre ualebit:tantum dicturi. Intelligamur mellificas imitati apes quę non omnes: sed quosdam selectos flores decerpunt:& non omnē florum selectorū succum.sed quantū ea die ad aluos ferre possunt: aliis deinceps ad eandem expeditionem diebus rediturę de pœtica: & musis igitur disputaturi trifida diuisione utemur:nam primū ad quid: & unde orta poetica: & quātarū uirium sit exponemus

Diuisio

Mox adiiciemus:quare poetica: & musę de cœlo ī terram meauerint. & quare de terra remeauerint ī cœlū postremo docebimus:cur cesserint e cœlo: & in hanc urbem uenerint. Vos autē ante omnia obtestor uiri clarissimi reformatores:pfessores elegantissimi:iuuenes nobilissimi: adolescentes ornatissimi ut me attēte

narratio

Hermes

& libēter audire uelitis. Ego uero me ita carptim: ita dilucide dicturum polliceor. Vt uoluptatē potius: q̄ fastidium mea uobis paritura sit oratio. Sed iā ad rē ipsam pedem cōferamus. Cum deas olim in cęlo do

ceret hermes iracundus sane magister: acerbus: cōtu-
meliosus. rogatus iuppiter affuit: qui ubi suas deas pal | magi-
lidas: ac metu debilitatas ē̄e cognouit: inuectus est acri | ster deaꝝ
ter in magistrum: docendi prorsus ignarū. Qui se ad
mensuram discentiū summittere nescierit: paululūq
abfuit: quin calcibus de precipitio in mare deturbaret.
Crudele tamen: ni statim abiret: est minatus non sur-
dus hermes euanuit. At iuppiter cum deas discere: p
deam: & oblectandi: & docēdi peritam: honestissimū
esse putaret: talemq deam nusq̄ esse: exploratūq ha-
beret mercurium indiurna genitura: in parte horosco
pi: in his: in quibus gaudet signis: partiliter esse cōsti-
tutum. Pectore peantide lapillo percusso deam proti | attende
nus & delectandi: & docendi non ignarā eduxit. quā | quō poe
poeticam appellauit: tres affuere charites: quarū una | tica orta
de osculata est poeticę frontem: alia os: tertia pectus | fuerit
apprehendit. Prima uidelicet ἀγλᾶια lætos oculis af- | charites
flauit honores. Secūda πειθὼ eius linguę gratiam | tres
inspirauit: tertia ευφροσυνη largita est animo comitta | poetica
tem. Hec dea igitur poetica quia quid sibi uellet pater | magi
iuppiter: sciebat. Deas omnis ad se uenientes: ueneran | stra dea-
tesq susceptit erudiendas: doctasq reddidit. Imperitā | rū & deo
a Ioue missam pallada rerum diuinaꝝ: humanarūq | rum
peritam remisit. Dii quoq rudes ad hanc uenerūt: & | poetica
conspicui protinus effecti: affluentia docti sermonis | magi
abierunt. doctissimum fecit apollinem: & uatem cele- | stra mu-
berrimum. docuit & nouem musas artem canendi. cæ | sarum &
terasq omnis disciplinas: diuinas: & humanas. Quas | apollinis

Iuppiter eo tpe exmnemosine susceperat: quo erat stel la Mercurii coniuncta ueneri partiliter in horoscopo constitutę: & cum eadem: in eodem signo: & iisdē par tibus: partiliter collocata. Quarū nomina uates ille non dissimulandus ascręus uersibus est Ita cōplexus.

κλειώ τα τευτερ πητι θαλ ιατι μελπομενητε τερψιχ ερατε ρατωτε πολυμνια του ρανιητε : καλλιόπη θηδε προφερατη ίςιν άπασάων Quibus pater idem Iup piter: ne sole uagaretr luminis maiestate precedentē du cem dedit Apollinē. Qui cum poeticę laudes cane ret: seq; suasq; musas per poeticam pfecisse fateret: ac dii: deęq; omnes uni poeticę quod scirēt acceptum re ferrent: intellexit Iupiter: & letatus est: & poeticā: quę docebat in lacteo circulo: iuit auditū. Legentem inter musas offendit: audit: & admiratur. Quam cum ani maduerteret ad uiuendi rationē musas adducere: mo res & affectiones edocere: res gerendas cum iucundi tate precipere exclamauit uere uocaris poetica saluta uit: inquit χαιρε κεχαριτωμενη: ευλογημενη συ γαρ ει Quę uox adeo grata fuit ut ab omnibus Cęlicolis nō sine maxīa honoris prefatione sola in cęlo poetica nominaret. Salutauit & musas: uoluitq;: ut poetica & musę pręsidentes studiis deę uocarent. Ac etiam ef fecit ut qui poeticę: & musis operam daret: & Apol lini. Iouis: & deorum: dearūq; amicitiam sequeretur regum: & principū consortio iungeretur: gratus esset: & populo. Quibus dum in orbē lacteo dat operam Iuppiter seq; in his nimis d blectat uidet ad se uenien

mnemosine mater musarum

Apollo dux musarum

poeticę schola ī lacteo circulo

Iuppiter poeticā salutat

honores eoꝝ qui dāt operā poeticę

Iuppiter draco

tem ſtilbonē: ac nunciantē ſquamoſos dracones her-
metis nepotis ergo aduerſus Iouem pugnaturos: pla
netis expulſis ſperas occupaſſe. It uiſum Iuppiter: ui-
det dracones inſperis attollentes iram: & Sibila col-
la tumentes. Iratus Iuppiter caput unius draconis ꝑ
tinus ſuo telo percutit. Draco percuſſus irruit in Io- nobilis
uem: irruunt & cęteri dracones ideos: Deaſq; preſen- pugna
tes: ſperis relictis atrox diu certamē: & uſq; ad piculū draconū
Iouis: & deorum: poetica: & muſę non tulerunt hanc
ſpeciē: opem tulerunt. Cumq; ſcirent non armis: ſed
cantibus dracones poſſe mulceri: Iam iam cantaturę
ſperas occupauerunt. Commodū uenit apollo: qui ſe
in oceani undis oblectauerat: mediuſq; īter muſas me
diā cęli partē poſſedit. Nec mora: & ecce ſuauitas que poeticę
dā intēptata. Poeticę: muſarūq; & apollinis sātus īſo & muſa
nuit. ac melodię ultra cūcta reꝝ oblectamina recinētes rū: & ap
auditū mirantiū cōpleuere draconū. deorūq; pectora pollinis
circūſtātiū ꝑmulſere. Sopiuere dracones: quos ubi ſo cantus
pitos poetica uidit tranſfixit acinace: decidit q; capita:
Quę muſę phalangis preſixa dum corpora cremat
apollo: mortalibus timentibus oſtendunt: illiſq; ſpe-
ctantibus: conburunt. Quibus conbuſtis poetica ri- riſus poe
ſit: Cœlumq; riſu ſerenauit: ſperaſq; planetis reſtituit. ticę
Tum muſę omnis ſuperos globos: orbeſq; ſeptēpli-
ces: concentum: dulceēq; ſonum ſemper edere docue muſę
runt: planetaſq; cantus ſtudioſos reddiderunt. Seq; magiſt-
illis uelle pręſidere affirmauerunt at poetica orbē ter- rę plane
rarum draconibus attritum diſſociatumq; loco: har- tarum

moniã:quę dicitur ἀιαπαςῶν quam de cœlo in terrã aſpiciens edebat·ligauit:ac pacauit.Pacatũq; mortalibus reddidit:quamobrem Iuppiter in tribunal aſcendit·concionemq; aduocari iuſſit ibi poeticam eximiis exornat laudibus : appellatq; σωτιρίαν οὐρανοῦ καὶ γῆς ζωὴ γλυκύτης καὶ ἐλπης ἡμῶν inquit χαῖρε : οὐκ οἶ δι τισιν ἐπαίνοισ ἂν ἐπαίροιμί σε : ἀξίως δὲ με υμνη σαισι παρθένε ἱερά Dat & auream coronam aureã pateram:ſellam curulẽ eburneam .ſcipionẽ eburneũ togam pictã:& palmatã tunicam. Apollinem deinde & ipſũ collaudatũ:donat aurea corona : aliiſq; muneribus honeſtat.Muſę etiã ꝓut aquaq; nauata erat opera:donatę ſunt dii: deęq; omnes etiam poeticã muneribus honeſtauerunt maię filius uolatiles rotas.quis poſſet mira uelocitate diſcurrere dedit æternitas filia Iouis honoratior ſuum diadema poeticę capiti appoſuit:tellus herboſos calceos fluctu In ar[illegible]dineę uiriditatis inter ſtinctos pedibus eius annexuit. Veſta purpuram donauit.Cuius fulgor totam Iouis curiam obſtupefatis ceteris ornatibus roſulenti ſplendoris gratia luminabat Venus ueſtem ſtellis aureis diſtinctã Iuppiter paululum retrogreſſus ſub immenſi nitoris lumine caligauit. Iuno pallium purpureum:ad quod cum aliorum deorum:dearũq; purpurę iungerentur huius diuini comparatione fulgoris cineris ſpecie decolorari uidebãtur:gemmiſq; ingentibus ornauit:ita ut ornamẽtorum onere poetica laboraret. Vulcanus dedit inſopibilis perennitatis igniculos.Ne caliganti-

laudat poetica a Ioue

Munera poeticę data a Ioue

ppende. munera poeticę adiis deabuſq; data

Maię filius

æternitas

Tellus

ueſta

uenus

Iuno

Vulcanus

buſ tenebris:& nocte cæca opprimeretː dederunt & apollini aureū amiculum.aureum anulū : & mēſam argenteam : at nouem muſarum capita nouem coronis aureis ornauerunt.Colla murenulis cōdecorauerunt:decreuerunt: & Ioue probāte poeticę triumphū triumphauit itaq; poetica in cœlo kalendis maii.Spectatum admiſſi ſunt mortalium candidiſſimi.Hebręi Aegyptii:Trhaces:Gręci:Romani: Siculi. Qui ſcalis aureis de cœlo pendētibus cœli templa ſcanderūt. Totum iter floribus conſtratū: Altaria ab utroq; latere diſpoſita erant argentea:ac non thure modo : ſed omnibus etiam odoribus cumulata.Inferebatur triūphus uia latea:porta capricorno: ea. n. uia ampla eſt. Et ex utroq; latere habitata. Inde ī Iouis palatium q eſt ingalaxia:rectum eſt: & amplum iter primi ibant Iouis milites:& amici albati. Variis floribus: & coronis redimiti. Mox illi:qui ferebant hoſtiū galeas:thoraces:ocreas:peltas.ſcuta:uexilla:pharetras:tela:arcus enſes:frena equorum:picturata ſtrata: tabulas: ſigna: coloſſos.aurum:& argentum:purū:& ſignatū uaſa ex ſolidis gemmis:crateras argenteos:pelues:phialas: calices ueſtes:poſt hos popę ſuccinti centū boues alboſ cornibus auro iugatis:& dorſualibus ſericis diſcoloribus preſulgentes agebant. Quos ſequebanť tubicines bellicum clangorem intonantes. Deinde qui munera gerebant poeticę uictrici dono data.ppius currū brontes:& ſteropes præcedebant:& pyragmon : qui ſtipitibus accenſis turbam ſummouebant. Quos ſe-

munera muſarū

poeticę triūphuſ decernuť

gręci romani ſiculi

ordo triūphi

Palatiū iouis

brontes ſteropes pyragmon

Poeticę Currus

quebantur musę splendidę amictę: quę oloribus insi dentes canora personabant. Medius inter musas uectus erat cigno uectore aureus apollo: musas sequebatur poeticę triūphātis currus ex auro: & lapillis p̄ciosis. Quē trahebant quatuor cigni candore cum niue certātes Qui concinebāt. In quo erat sella curulis gēmis ornata: inqua sedebat poetica. Cuius caput erat corona ex lauro circū āplexa. Cui uictoria īminebat alata. Dii currum sequebantur: qui cum ficorū foliis uultus co operuissent: iambos: & scommata canebant. Peruenit tandem poetica ad palatium iouis; Quam Iuppiter honorificentissime: & liberalissime suscepit. Inuitauit ad cænam: inuitauit etiam musas: & apollinem: deos: deasq̧ oēs. summū thorum poetica accūbebat. Cuius lateri dextro adhęrebāt musę. ī medio residebat apollo. Sic cum sua Iunone Iuppiter: ac deinde per ordinē dii: deęq̧ omnes. Poculum nectaris liber ministrabat Vulcanus cœnam coquebat. Horę rosis: & floribus purpurabāt omnia: gratię balsama spargebant. Post epulas: & maximos honores: poetica coronam ex lauro: posuit in gremio Iouis: & ut eius animū ide p mulceret: p quam uenuste cecinit apollo cantabat ad cytharam: musę chorum canebant. Satyriscus tibias inflabat: & paniscus dicebat ad fistulam. Nūc cur de cœlo descenderint: ac rursus ascenderint: dicamus. Homines orbem terrarū poeticę uirtute pacatū: sibi nimiū placentes incolebāt. Vidit: & inuidit nemesis. nec eos passa est æterna perfrui letitia: plem.n. draconū: quę.

poetica Musę Apollo Iuppiter Iuno dii deę liber uulcanus Horæ Gratię Satyriscus paniscus Poeticæ & musarū descēsus

in uisceribus terræ latebat in eorum arma suscitauit Q ue primum terram occupat: mox homines occidit occisorūq artus morsu depascit. Homines ad deos ad poeticam: & musas manus tollere. Audires ululatus fœminarum: infantium quiritatus: clamores uirorum. Non hęc diu poetica: & musę tolerare potuere: sed cęlo repente delapsę: ac Iouis quadrigis iuectę totum orbem terrarum lustrauerunt. Cernere erat coelum tunc mitescere: arbores frondescere: uites pampinis pubescere: ramos bacarum ubertate incuruescere: segetes largiri fruges: florere omnia. fōtes scatere: herbis prata conuestirier pęrdidere ꝑlem draconū: affatusq suauitate homines rupiū incolas: & īcultis moribus rudes ad obsequii ciuilis pellexere disciplinā: ac omnibus præcepere: ne deum. honestasq disciplinas cōtemnerent.- ne temere a iustitia: & æquitate discederent. Adeo gratę fuere ut diuinos assequerentur honores. præ ceteris poetica delectauit- cum hoies duceret: robora: & scopulos traheret: flumina sisteret: & feras mulceret. Q uā ob causam poetica opiniōe nihil erat interris sanctius: nihil decreto honoratius: nihil cultu uenerabilius. Cumq poetica mortales: dū moribus ornaret: & artibus: quibus uita honestatur humana candidos uideret scientiarūq auidos etiam animaduerteret. Factura iam opepretium scientias. quas intra suum pectus sentiebat: uoluit foras di ffūdere: tentauit an posset euomere- Sed frustra. Verū ubi se nō id prius posse facere accepit: q̄ ieiuna aquā quę in lo-

Poeticæ miracula

tiis cubiculo scatebat: ebiberet: aquā a ioue petiit: Iuppiter matellam unam plenā dedit. Poetica anteq̄ biberet dextra cordis sui pulsum: pectusq; ptractauit: ac nescio qua intima plenitudine distentū aspexit: & protinus ieiuna aquam ebibit magnaq; ui scientias: & oīgenum literarum copias quas intra pectus persentiebat euomuit. Cernere erat qui libri: quantaq; uolumina: quot linguarum opera ex ore poeticę defluebant: caput inde suum matella tetigit: ex quo puellas multas eduxit: quarum prima cū de deo loqueretᵣ: essetq; cęteris honestior: & uenerabilior: a mr̄e poetica dicta est theologia. Secunda cum dei mandata obseruaret: cunctisq; obseruanda persuaderet quę ad deum pertinerę arbitrareť dicta est religio. Tertia cum tāta esset in ea uis dicendi: tanta ad mouēdos affectus: mētesq; omniū perstringendas facultas. ut nō loqui: sed coruscare. & fulgura ciere uideretur: dicta est eloquentia. Quarta a re cuius erat studiosa nomē accepit: & nūcupata est philosophia. Quinta cum sanitatem egris ꝓmitteret: deq; remediorum ratiōibus dissereret. Appellata est medicina. Sexta cū ea facienda iuberet quę facienda sunt: ꝓhiberetq; contraria: iusq; suū unicuiq; tribuendū censeret: dicta est lex. Cętere omnes puellę uno nomine dictę sunt disciplinę: quibus a matre poetica dati sūt hi qnq; comites πόνοσ υδέοσ ευφυια μνημα & ἐπιμελεια. Quibus cū semp uti ualde familiariter opoteret qui has omnis puellas: & disciplinas uellet amplecti: & sinu continere. Quę puellę ꝑrimus om

poeticę uomitus

partus Poeticę

Theologia

religio

eloq̄ntia

philosophia

Medicina

Lex

comites disciplinarum quinq;

nia quę parens poetica euomuerat. Collegerũt in suũ una quęq; illarũ necessariũ usum:facultatẽq; corripu- it ipse etiã musę innumera gremio cõgessere uolumi na ac poeticę spiritu plenę puellas quoq; pepere. Cal liope puellas nõ paucas peperit: quas lrãs appellauit. Multas etiã euterpe:quas tibias nũcupauit unicã tha lia:quæ dicit comædia. Vnicã melpomene : quæ dicit tragædia. Vnicã erato: quã nominauit geometriam. Vnicã urania:quã dixit astrologiã. Vnicã polymnia: & qdem garrulã.quæ quia εςὶ πυτο υσ δυμιουργοσ καλ ἴτας ἐντίρικη Peperit & Vnicã clio quæ qa ætatũ omniu.seculorũ:gentiũ:nationũ gesta.uelut in tabel- la depingit:& mortales oẽs locorũ:& tẽporum inter- uallo distractos uelut in unũ cõducit: uocat historia. uerũ terpsichore scitũ puerũ peperit:quẽ uocauit psal teriũ.Processerunt itaq; in mediũ peoticæ: & musarũ puellę & approbatæ cõplacuerũt : & qbus poetica:& musæ comitatę p diuorũ tẽpla:pq; ædium sacrarũ pul pita. Archana naturæ mortalibus apiebant:rationẽq; cœlestiũ subiiciebãt deũ:religionẽ:fidẽ:pietatẽ: iusti- tiã:cõtinentiã: cæterasq; oĩs disciplinas honestas ostẽ debãt:monebãtq;:ut incorruptã animi diuinitatẽ: & nulla scelerũ cõtagione pollutã deo autori redderẽt. Ne diuinæ fabricationis immemorẽ aĩum uitiosis li- bidinũ laqueis ĩplicatũ:tãq̃ piectũ pprecipitia pderẽt Verũ ubi nimiã familiaritatẽ parere cõtẽptũ aĩaduer- terunt populo relicto.in mõtes:& nemora secesserũt & in fontes:& flumina. cũq; parnassus admodũ dele

musarũ partus& inuenta lrę tibiæ comedia tragedia Geome- tria. Astrolo- gia rhe torica. historia psalteriũ

Parnas- sus

caret:parnassum petiuerũt/ ubi q dem diu sese tenuẽ re cõsulẽtibus libẽter respondebãt:monebãtq;. Vt lã per turpia declinarẽt: & honesta sequerent. Quarũ monitis quãdiu mortales obtemperabãt. Sine ulla qdem cura ac sollicitudine uiuebãt. Verũ ubi negligẽtius obseruare cœperũt. Insidiisq; & cupiditate.ac auaritia alter alterũ deciperet poetica: & musę indignatae sunt:tot hoĩum uitiis tandẽ offensæ cesserũt/e terra: & in cœlũ m grauerũt:oculosq; iã diu a rebus hũanis auertetũt·in remotiore pte cœli ultra terrarũ regiones nõ rediturae renascẽtem orbẽ expectãt. Tristes erant mortales.uagiq;:& furentibus similes oia luctu:ac ac merore cõplebãt:q; se a poetica:& musis desertos: fructuq; maximo: ac consuetudine iucũdissima priuatos uiderẽt:humanaq; oia retro sublapsa referri:Cũq; aĩa duerterẽt solos poetas esse in Iouis.Et deorũ: dearũq; tutela:solosq; frui poeticæ:& musarũ cõmertio:miscerię; cœtibus illarũ/poeticã: & musas oĩno redituras esse crediderũt.si poetas uenerarent.Cœperũt itaq; uenerari poetas:eorũq; cõsiliis parere. Quibus parẽtes bene secũ agi uidebãt.Sensere rudes illi agrestiũ seculorũ hoĩes: hisq; pximi quãta sibi ex poetarũ inuẽtis bñficia collata fuerint. Quæ i ultimas usq; terras penetrarũt. Suntq; hodie in pcio.& erũt quãdiu mẽtes hoĩum in rerũ cognitione:& doctrina uolẽt occupari quæ de deorũ cultu: quæ de natura prodidit orpheus quæ nõ gẽtes accepta:& pbata habuerũt? Cuius memoria in tanta fuit posteritatis admiratione: & lau-

Bona Musarũ consilia

Poeticæ & musarum ascẽsus in cœlum

Laudes poetarũ

Orpheus

de ut q͂ incultos & siluestres hoies informare & ma
suefacere primus cœperit. creditus sit & tigres leniisse
& siluas uoce traxisse. Morũ scilicet feritate arte dicẽ
di tempata. Quare mortales uehemẽter accensi. seq͂
suosq͂ liberos in poetica erudiebãt. nõ nudę utiq͂ uo
luptatis. sed castæ moderationis grã. Atq͂ ab ea po
tissimũ sapiẽtiæ auspicaban̄t initia. Quippe cuius p̄
ceptis: atq͂ exẽplis sensuũ labes oẽs. maculeq͂ absterge
gerent. Athenienses etiã festis liberi p̃ris quæ illi dyo
nysia nr̃i. Liberalia uocãt cũ poesis alia genera. Tũ in
primis ueteres comedias. in quis uitia hoium taxarent
adhibuerunt. q͂ hũc p̄cipue deũ p̄esse purgandis sensi
bus opinaban̄t. Proinde nõ aliũ esse poetã: q͂ uirũ bo
nũ & sapientẽ: p̄remq͂ sapiẽtię & ducẽ statuebãt. Im
mo deũ alterũ. Quippe qui oĩ hũanitate relicta altio
ra petit: seq͂ inter deũ hoiemq͂ mediũ p̄stat. Facit hõ
ex materia q͂cq͂d facit deus ex nihilo creat. At poeta &
si nõ oĩo ex nihilo aliq͂d p̄stet tñ aflatus diuino furo
re ea ipsa elegãti carmine fingit: ut grãdia quædã: &
penitus admirãda suis figmẽtis pene ex nihilo p̄duce
re uideat̄. Nulli p̄fecto scriptores aut magnitudie elo
quẽtię: aut diuinitate sapiẽtię poeticis aliquo unq͂ tpe
pares fuere. qui suis uirtutibus lucẽ mortalibus pepe
re oĩbus. Mortalesq͂ oẽs uenerati sunt poetas nõ so
lũ eos qui uiuerẽt: sed eos etiã qui multis ante annis
decesserãt. Ipsi etiã principes poetas sunt diuinis ho
noribus p̄secuti. homero tẽpla posuerũt alexãder qui
romano p̄fuit impio: uirgiliũ adeo admirabat̄ ut cum

Poeta Deus alter

Ennius Platonem poetarum semper appellaret: eiusq; imagi nem in larario cōsecraret. Prior africanus Quinti ennii statuā suo sepulchro iussit imponi: marmoratasq; laudes sibi cū poeta cōmunes facile demū passus est.

sapho mithylenei Saphus uatis imaginē numis insculpebāt

homerus At Homerū chii aquo etiā numus nomē accepit. Tomitani ciues ouidio qui apud eos diē obierat: collata

Ouidius epublico pecunia τυβον magnifice struxere ante oppidi portā in loco maxīe celebri q̄uis Ouidius peregrinus esset: & ab imperatore romano proscriptus. Gratissi

L. Plotius. p. terentius mus fuit mario. L. Plotius. C. quoq; Lelio uiro clarissimo. P. Terentius q̄ adeo familiariter cū eo uixisse

accius traditur ut illius fabulæ a nōnullis Lelio ascriban̄t. Decius brutus uir maximus: & īperator egregius magnopere. Poetā acciū dilexit nullā q̄dē ob aliā rationē: p̄

uirgilius terq̄ q; in scribēdo carmīe. p̄claro foret īgenio. at Vir

horatius gilius Augusto prīcipi gratissimus fuit. Horatius me

Statius cenati: Statius Domitiano. Poeticę ēt & musis tēpla: siluas amęnas. mōtes: fontes: & flumina cōsecrabāt.

ptolomeus philadelphus Ptolomeus Philadelphus cū primū pulcherimā illā suā bibliothecā instituit: musis. & apollini ludos dedicauit. uictoribus p̄mia: & honores constituit. Pirrhus qui aduersus romanos bella gessit ob idipsum unum

pirrhi anulus suū pluris faciebat anulū q̄ oīs opes regni q; eius gēma esset achates in quo nouē musę cū īsignibus suis singulę: & apollo tenēs cytharā uidebant: nō impressis figuris: sed ingēitis. Pastores musis opabant q; cātilenis delectarent quarū p̄sides: uel mr̄es sunt musę. La

cedemonii prius quam fata pliorum aggrederentur musis litabant. Fuluiul nobilior fecit ædem herculis musarum i circo flāminio ac ibi nouem musarum simulachra collocauit, ac sub tutela fortissimi numinis consecrauit. quod herculis defensione musarum quietē iuuādam esse: uirtutēque herculis uoce musarum efferendā crediderit. Numa pompilius lucū: quem medium ex opaco specu fons Perenni rigabat aqua, quo quia se p sepe sine arbitris uelut ad congressum deę inferebat: musis sacrauit quod dearum sibi concilia cum cōiuge sua ægeria essent: quare hilares musæ Clio quæ martis ē & Erato quæ est ueneris nomen populo Romano: huic urbi æternā gloriam pepererunt. Orbemque terrarū huic imperio parere coegerunt: Dederuntque Romanis literas: omnium artium disciplinam: sermonis leporem: ingenii acumen: & dicēdi copiam: Quo circa tantum sunt laudis adepti. tantum splendoris: & celebritatis: ut fulgore nominis cæteris gētibus ppemodum tenebras induxerint. Effeceruntque ut sola roma homines generet uere cœlestes: atque diuinos: natura ad omnem scientiam natos: &. n. quę per deum urbs alia tot genuit impatores? tot duces: tot exercitus ad bellum misit unquam? Tot triumphos retulit. Vt sepius sit Romę triumphatum quam alibi locorum bellari contigerit. Si gentium omnium gesta in unum conferas haud tanti sunt. ut his quæ unus populus romanus gessit, aut uirtute, aut felicitate comparari possint Nec si totus orbis terrarum hoc in quo nunc sumus templo contineretur. Verendū mihi sit ne non hanc

Lacedemonii

fuluius nobilior

Numa pōpilius

Clio

Erato

Laudes romanorum

meam de populo Romano predicatiōem tam equo animo laturus esset quo eiusdem populi tulit imperium. Quo facile intelligimus populum romanum non solum litteris: gloria: imperiiq; magnitudine praestitisse caeteris gentibus: sed uirtute etiam bellica superauisse: ac nullam urbem esse in toto orbe terrarū. Quae huic aliquo genere laudis iure preferri possit. In qua cū decimus regnet apollo μουσαγέτης Leo Pōtifex maximus audeat aliquis poeticam: & musas cōtemnere? Nunc reliquum est ut cur romam uenerint exponamus: ne grauemini audire uiri literatissimi Angelus politianus uates coelestis ingenii forte corpore laxatus euolauerat in coelum: & in lacteum circulum Quae sedes dicit puris animis: & literatis deputata: Ac fuerat de Leone decimo: de quo bene sentiebat bene locutus. Ac uirtuti: & bonis artibus honorem habēdum: ac uiros doctos: disciplinisq; omne genus ingeniisq; florentes prẹmia laborum: uigiliarūq; laturos esse affirmauerat. Poetica: & musẹ audiuerunt: & illico cesserunt e coelo & in hanc urbem uenerūt nec tm̄ solẹ comitatae sunt animẹ doctorum omniū ueterum quiritiū. Quae iam coeli templa meruerant cum uoto gratificandi: tum studio patriam uidēdi. Sat pol diu erat q patriā non uiderant sequebantur: & sapiētes graeci quiquidē erant nimium multi: omnes tamē murmurabāt: studiisq; discrepantibus dissonabāt pythagoras coelestes quosdā numeros replicabat. Plato: & archimedes speras aureas deuoluebāt. Aristoteles per coeli quęq; culmina endelechiam scrupulosius.

Angelus Politian. Magister leonis decimi

poeticę & musarū aduētus in urbem

comites Poeticę: & musarum pythagoras. Plato archimedes

requirebat. Quos omnis placabat Epicurus mixtas uiolis rosas apportans: uoluptatūq; omnis illecebras. Orpheus fidibus personabat. Linum: Homerū: Virgiliūq; redimitos: canentesq; conspiceres. Cumq; uellent animę: quæ nunq̄ ante uiderant celeberrima urbis loca uidere: uellent & suas etiam quirites domos agnoscere nesciebant. n. cum essent iam mutata omnia animam locorum peritā querebant. Cœlitus inspiratus. & missus occurrit Pōponius lætus antiquarius. Ex cuius ludo tamq̄ ex equo troiano: sexcenti uiri doctissimi exiere. Qui pulcherrima urbis loca mōstrauit & suam cuiq; domum assignauit. Quibus uisis illę felices animę recreatę sunt. totāq; urbem aflauerunt ꝓspera omnia. secūdaq; ominantes. Quæ cū essent ad poeticam & musas his uocibus usæ ἱερῶςι θυγατέρεσ μεγάλου διόσ Vna cū pomponio euolauerunt in cœlum. At poetica: & musę in uaticanum: ad Leonem decimū uerum μουσαγέτην & uerū apollinē A quo sunt liberaliter acceptę: & splendide. Leo pro cuiusq; dignitate nullum adeo honestandi: ac munerandi genus in illis exornādis omittit. Haud dici quidem potest maiore ne pietate ingenia nostri tp̄is: & huius nostræ Romanę academię foueas: an honoribus: & premiis efferas: an preconiis amplies Leo decime? in tanto itaq; uel priuato meo uel publico totius nostræ Romanę academię gaudio: facere nō possum quin tester apud te summe Pontifex Leo magnū animi mei gaudium: ꝓfitear letitiam: priuato quoq; nomine tibi gratias agam. q̄ meum Iouem alūnum do-

Aristoteles
epicurus
orpheus
Linus
Homerus
uirgilius
Pomponius lætus

grārum actio de cardinalatu

laudes andreæ iacobatii romane academie rectoris

dominicus iacobatius romanę Academię rector uirtutū & literarū ꝑsidio ē ad cardinalatum ꝓuectus

iacobatii Laudes dñici cardinalis. iacobati

minicum Iacobatium Romani generis undecūq; do-
ctissimum.& sanctissimū:Romanę Academię recto-
rem meritissimum tuorum numero fratrū. summiq;
senatus collegio adoptaueris.ꝙ urbem romam:roma
namq; academiam: nec non & familiā Iacobatiorum
nobilissimā ,tam insigni munere: tamq; eminenti di-
gnitate cumulaueris.Gratulor etiā tibi ꝙ hac tui acer
rimi iudicii constantissima fide: ꝓpe immortalē cæte-
ris tuis egregiis uirtutibus gloriam conciliaueris: Vt
enim ipsos magnanimos Iacobatios taceam: quos ti-
bi in perpetuū sancte pater isto tanto beneficio deuin
xisti. Quid ipso tandem Dominico Iacobatio Cardi
nale nostro perfectius? Aut quid omnibus numeris
absolutius?Non indulgeo amori meo: non tuo iudi-
cio blandior Pontifex.Nota cunctis.& testata loquor
Ita natus: & factus:ita altus:atq; educatus:ita deniq;
eruditus: atq; institutus est ut abundent in eo ea bo-
nitas:& uirtutis exempla quæ sequi cupiat uētura po
steritas.& si rerū natura pateretur:a scribi sibi uoluis-
set antiquitas.Bone deus quanta concordia:quātusq;
concentus laudum omnium:omnisq; glorię contigit
Vt nihil seueritati eius hilaritate: nihil grauitati sim-
plicitate.nihil maiestati humanitate detrahat. Quo
ue magis tibi deberent Romanæ literarum profes-
sores Andream Iacobatium hominem candidissimi
animi: elegantissimiq; ingenii tibiq; in primis deditū
sancte pater fratrem huius Cardinalis Iacobatii:iāpri
dem uotis expetitum Romanę academię rectorē feci
sti quo uiro nec eruditior.nec grauior. nec itē huma-

hior quisq deligi potuit. Cuius insignis prudentia (si/
cuti credimus) quasi lynceis oculis ipsa quoqꝫ homi/
num precordia introspicit. Quare tanta uniuersi qui
dem: sed precipue qui literarum sacra ueneramur lęti
tia sumus affecti: ut in expectantum ꝓpe: nec spe ul/
la: quasi dixerim precontrectatũ contigisse hoc nobis
gaudium uideat Leo decime. Qui (ut dicitur) precla
rum uirtutis lumen sub modio delitescere non pate/
ris. Penes quem: hominũ deorũqꝫ consensus cœliter
rę: marisqꝫ regimen esse uoluit. Cuius cœlesti ꝓuiden
tia uirtutes benignissime fouent: uitia seuerissime uin
dicantur. Et qui Christianũ gregem: Cui diuina pro/
uidẽtia datus es pastor: facile tutum: securũqꝫ prestas
& a furum insidiis: & a luporum incursibus. O ponti
ficem sanctissimũ? O uerum in terris deum? Merito
mortales deum optimũ maximum præcãtur. Vt sem
per felix: faustũqꝫ tibi sit quicquid cogites. utqꝫ in ipsa
sublimi cathedra sedens: & imperans annos petri pro
cul excedas. Quo uidelicet oues tuę uocem agnoscẽ
tes tuam: tutę undiqꝫ sub tanto pastore: & saturę diu
tina securitate perfruant. Poetica: & musæ iã lętę qui/
bus gratię se comites addiderunt: constanter in uati/
cano permãsurę alas exuerunt. Erant enim alatæ. Ad
didit etiam & se fortuna sociam: & ut me constanter
permansuram esse credatis: inquit: incido quæ uidetis
esse mihi talaria & rotam: quæ mea sedes est. Et cũ
dicto talaria: ne uolare posset unq̃ icidit. & rotã. Ostẽ
ditqꝫ protinus illud copię cornu decantatissimũ: non
pomorum exuberantiũ assidue plenum: uerum que/

Laudes Leonis decimi

gratiæ poeticæ & musarũ comites

fortunæ comes Poeticę & musarũ Rota sedes fortunę cornucopię

Roma	cũq; fert omnis terra:& omne mare:ad hæc quæ am-
Virtutũ	nes portus:metallorũq; uenę large:copioseq; fundẽs
domici-	uestrum est hoc inquit·& eorũ omniũ·q uos colent.
lium	hilares itaq; omnes:gratię:fortuna: poetica: & musæ
mons	Romam perpetuum rei literarię sacrarium:uirtutũq;
uaticanꝰ	omnium Domiciliũ fecerũt. Vt quicũq; uellet hono-
Parnas-	res:opes.disciplinas omnis honestas:& artes . Vellet
sus tibe-	& repente poeta prodire. Vrbem coleret: & in ista lu-
rina fluẽ	ce uiueret. Vaticanum adoraret:non Parnassum. La
ta Fons	braq; ꝓlueret Tiberinis fluentis: nõ fonte Caballino
caballi-	Quæ per se res est q̃ notissima. Hic fiunt homines:
nus	hic honoribus:& opibus augentur. Hic hebręi:Egy-
Athene	ptii:Caldei:Assirii:Phęnices:Scithe:Parthi: Arabes:
poetica	Indi:Germani:Pãnonii:Galli:&Hispani diligẽtissime
musæ	docẽtur. Ipsę Athenę sua sponte cum proprio auulsæ
Apollo	solo:cũq; omni (ut sic dixerim) sua supellectile in hãc
decimus	urbem immigrauerunt: eiq; se totas:penitusq; infude
.i.leo de-	runt. Quo factũ est ·ut non solum omnes homines
cimus	latine loquantur:sed etiam dii: deęq; omnes. Poetica
attende	tota est latina nouem musæ latine loquunt̃. In uatica-
quibus	no latine loquitur decimus apollo. A quo ducit̃ mu-
gradibꝰ	sarum chorus: In quo est poetica cuius furor his gra
Poeticæ	dibus descendit. Iuppiter illuminat apollinem:apollo
furor	illuminat musas. Musæ suscitant & exagitant lenes:&
descẽdat	insuperabiles uatum animas: Vates inspirati suos in-
iuppiter	spirãt interpretes. Interpretes autẽ auditores mouẽt.
Apollo	Calliope musa uox est resultans ex omnibus speraꝝ
nomina	uocibus. Vrania coeli stelliferi per dignitatem sic dicta
musarũ	Polymnia saturni ꝓpter memoriã reꝝ antiquaꝝ quã

saturnus exhibet: & siccam: frigidāq; complexioē m. Terpsichore iouis, qui hoīum choro salutifer est. Clio martis ꝓpter glorię cupiditatem. Melpomene solis: qui totius mundi temperatio est. Erato. Veneris propter amorem. Euterpe mercurii: ꝓpter honestā in rebus grauibus delectationem. Thalia lunę: ꝓpter uiriditatem eius humore rebus exhibitam: apollo solis est anima: eius lira solis corpus. Nerui quatuor motus eius quatuor. Annuus: Menstruus: Diurnus: Obliquus. quatuor uoces: quatuor sunt signorum triplicitates: ex quibus quatuor qualitates temporū producunt. Orpheum quidem afflauit Calliope. Museū urania. Homerum: Clio. Polymnia. Pindarū Erato Saphon. Melpomene. Thamyrem. Terpsichore. Hesiodum. Thalia. Maronē. Nasonē. Euterpe: Linū rapuit idem: qui te iam nunc ex agitat phebus: Phębus inq̄ optime rector qui auo tuo Lelio Iacobatio uaticiniū dedit patri tuo christophoro Iacobatio arcum: & medelas. Fratri tuo Dominico Cardinali dignissimo ingentes titulos. Omnis uero disciplinas ingenuas: & liram: & carmina tibi dedit Andrea Iacobate. Cui acrius contuenti quasi ad fulgorem solis uultū summittimus. & cuius admirabilis sapientie odor a deo magnus. ad eo suauis: & iucundus est. Vt non solum uiros inquocūq; doctrinę gn̄e claros afflauerit. uerum etiā totū hoc templū. In quo tanta est illustriū uiroꝝ fruges. Tātus theologicæ sapiētię fulgor: tāta oratoꝝ indoles: tantū disputantiū acumē: tāta docentiū eruditio: tāta deniq; iuuētus albo musarum ascripta. Iuuat

calliope
Vrania.
polymnia terpsichore
clio melpomene
Erato
euterpe.
Thalia
Apollo
lyra nerui uoces
orpheus
museus
homer9
pindar9
sapho
thamiris
hesiod9
maro, naso linus
Lælius
Iacobatius: auus
christophorus
Iacobatius pr̄

ora tueri tantorum uirorum iuuat. Cumque igitur uobiscum uiri literatissimi fabulati fuerimus: ac ex officio nostrae professionis: poeticae: musarumque excellentiam demonstrauerimus promissisque pro uirili parte satisfecerimus finite me nunc uos obsecro (quae uestra est humanitas) cum iuuenibus & adolescentibus fabulari paulisper, cum dicto receptui canemus. Sed tu nostra proculis affata sacra monas esto. Ad uos nunc meum conuerto sermonem iuuenes: & adolescentes studiosissimi: qui me differentem intentis luminibus intuemini. ac de poetica: & musis deabus quidem magnis loquentem admiramini. Vos nunc alloquor. uos exhortor: uos inuito: uos obsecro ut has deas comprehendamus: ac perpetuo possideamus: demusque operam: ut & morum integritate: & humanitate insignes illarum digni cultores habeamur. Comprehendunt.n. non cibo: non commessationibus: sed abstinentia. & fame: Non ebrietate: sed sitii: & sobrietate. non sonno: non plumis sardanapali: sed uigiliis: & duro cubili: non ociositate: sed cura: non uoluptatibus: sed laboribus: non uerbis: sed re: non dispositione: sed longa consuetudine. Cumque igitur totus mundus musis gaudeat: de musis: cum musis, in musis per musas loquamur, simus, uersemur, uiuamus: gaudeamus, & rectorem romani gymnasii andream Iacobatium: uirum quidem doctrina eminentissimum: autoritate celeberrimum. & fratrem eius dominicum Cardinalem Iacobatium meritissimum. Nepotes candidissimos Christophorum: Antonium: & Iacobum. Familiam non poenitendam. demum innocentem: reformatores uiros sane bonos: elegantes professores: penes quos est poeticae: & musarum misterium. Literatissimos: &

monas i. rector in hoc loco

doctissimos quosq; psequamur:comitemur:amemus honoremus. At Leoni decimo Potifici maxio: & populo Romano in pace letitiã:& in bello uictoriã:ceteraq; oĩa secũda:& pspera exoptemus dixi.

¶ Habita fuit oratio Romę. In tẽplo diui Eustachii XV. Kl. Nouẽbris. In die sancti lucę. Anno Salutis M.D. XVII. Et Pontificatus Leonis decimi q̃nto.

Finis

A. Ianus Parrhasius:

Trinacris eloquii tellus:quæ repperit artem:
　Oraq; graiugenum. multa diserta tulit.
Hæc si quando leget:latii sermonis alumno.
　Vnde rogo dicet copia tanta meo?
Sed iam causa patet. Puer hausit in urbe quirini.
　Quæ nunc eximio rhetor honore docet.
Materiesq; fauet. Nam cui facundia desit.
　Qui uelit hanc uerbis tollere in astra domum?
　　Gallus Egidius Romanus.

¶ Ad Siculũ liberaliũ artium lepidissimũ excultorẽ.

O factum sapienter, o decorum
　Hoc munus, sicule hoc, q; obtulisti
Dignum nobilitate posterorũ
　Sic tu, quæ latuere, & expetebat
Diu quas sibi quisq; liberales
　Arteis eloquio, nepos atlantis
Quali uix loqueretur, e latebris
　In lucem officiosus extulisti:
Vt reor, cũ oleo, ac labore noctis
　Velut si efficerere noctiluca

Nimirum siculeːobtigit tibi uni
Illas in medices & in propinqua
Et grata tibi semper inuenire
In Iacobatia domo sedentes?

¶ Decius sillanus ad Iuliũ simonẽ siculũ poetam & oratorem excellentissimum.

Quis tua diuino concinnat flumina motu:
Vnde fluunt linguę uerba beata tuę,
Num dedit ingenium num mentẽ ꝑuida pallas:
Num tibi castalię Phebus amator aquę.
An magis hic genius: tibi nũc qui fluxit ab astris:
Gymnasio & doctis sola relicta fides.
Cingere qui triplici dignus diademate frontem:
Secula uel pylii cernere longa senis.
Cunctorum uoces: cunctorum rostra mereris
Illico qui possis cum Cicerone loqui
Protinus huc redeat quem mirabantur athene
Suspiciet siculi fulmina lata mei.
Mortalis non est opus hoc Iuli: & tua nunq̃
Fingere uel posset munera docta manus
Aut natura tuos penitus surrexit inactus,
Aut iuta est genii numine dextra tui.

Cæsar saccus Laudensis

Est Iacobatius princeps mirusq; sacerdos
Non inter lectos gloria parua patres
Quo cui mortali nostro presentius æuo
Auxilium doctis contigit esse uiris
Cuius inoptatam siculus se contulit aulam
Cui fauor ingenium prestat: & alta quies

Quid mirum tanto si predicat ore poetas
 Autoresq; probat carminis esse deos.
Dicendi q grande genus/quę copia rerum?
 Est quoq; q̃ uerbis actio coueniens.
Sentit ut ipse sui se afflari principis aura:
 Orator clarus:clarior efficitur.
 Ardicinus rabia Romanus.
Errabat ditis per inania regna poesis.
 Nullus & ad superos qui reuocaret/erat.
Tu bonus exurgis. Quo uindice reddita iuli
 O/quanta ē siculis commoda proueniunt:
Nec contentus eo/sed tanto munere donas.
 Nos qopq;/cum posses solus habere domi:
Quas igitur grates/uel quæ Romana iuuentus
 Muneribus referet prēmia digna tuis?
¶ In Reuereñ. Dñi Car. Iacobatii & Andreę eius fris
epi lucerini & Romani gymnasii rectoris atq; Iulii si/
monis siculi eliētis laudē epigrāma thomę petrasācꝭ.
Credite mortales iam quicquid grēcia pandit
 Et q tyndarida liberet anguipotens
Nam maiora duo faciunt miracula fratres
 Qui reuocant marcos:uirgiliosq; simul.
Ergo agite ausonii totis incumbite remis.
 Dum uestris fulgent nauibus œbalidę.
 Aurelius serenus Monopolitanus
Principis ex uoto decimi rediere sorores
 In uaticanū:quę procul absuerant.
Id tamen ignotum/siculi facundia fecit
 Vt foret in toto res manifesta choro.

Dominicus marsus

Errarunt artes/siculi facundia donec
  Rupit:& autori reddita queq; suo est:
Hoc nuper:flores lationum & flumina lingue
  Laxat:ut in coelo musa triumphet equis
Turbassent quōdam coelum:terrasq; dracones
  Ni daret auxilium dulcis aceda sono
Huic igitur uates omnes date lilia curru.
  En siculus musis digna trophea refert.
Nos tibi parua damus:sed te maiora manebunt.
  Cum domus imperium.quam colis ista feret
Vtq; hic ampla refers doctis preconia musis
  Sic decus eloquii:gloria solus eris.

¶ Franciscus palm:Sabinus ad lectorē

Lapsa polo/uenerata solo/mox crimine pulsa
  Numina.Rursum habitant urbe Leonis ope.
Andree:& meritis studiorum presidis almi
  Pegasides summo nunc in honore dee
Tam docte haec dixit siculus:scripsitq; diserte.
  Vendicet ut siculas utraq; lingua domos.
Orator summus.uates quoq; maximus.Vnus
  Horrida apollineo bella furore canit.

¶ Impressum Rome per Iacobum Mazochium Anno Salutis Dñi. M.D.XVIII. Die Sexto Mensis Februarii.

